Fragmentarium

sanauit lesionem multorum peccaminum in maria. Cuius festum celebrantes gaudeant per secula. Et coronet eos xpc post uite curricula. Ev. Sint lumbi. Off. Veritas.

Sanctifica qs dne oblata Secr. munera que in ueneratione sci antistitis tui Nicolai offeruntur. ut per ea uita nra inter aduersa ubiq; dirigatur et prospa. P.

Sacrificia que Compl: co. Sint lumbi. sumpsimus dne pro commemoratione sci pontificis tui Nicolai sempiterna nos protectione confirment. P. Oct. andree. ut in die propria.

Protegat nos dne beati andree apli tui repetita sollempnitas. ut eius patrocinia que sine intermissione recolimus. ppetua defensione sentiamus. P. Secreta. Credo et prefacio de aplis dicetur.

Indulgentiam nobis prebeant hec munera qs dne largiorem. que uenerabilis andree suffragiis offeruntur. P.

Adiuuet familiam tuam Compl: tibi dne supplicando uenerandus andreas apls. et pius interuentor pro nobis efficiatur. qui tui nominis te predicator [illegible] ep. Doctrinam [illegible] G. Ecce sacerdos. All. Amauit. ev. Vos estis sal. Off. Inueni dd. Secreta.

Hec in nobis sacrificia ds interuenidente beatissimo confessore tuo ambrosio. et actione pmaneant et operatione firmentur. P. co. Dne [illegible].

Hec nos communio dne qs Compl: purget a crimine. et intercedente beato sacerdote et confessore tuo ambrosio celestis remedii faciat esse consortes. P. Euchari epi.

Deus qui hodiernum diem sacratissimum nobis beati eucharii confessoris tui atq; pontificis sollempnitate consecrasti. adesto ppicius ecclesie tue precibus. et presta ut cuius gloriamur meritis. precibus indulgentiam et remissionem peccatorum consequi mereamur. P. Secreta.

Sacrificium nrm tibi dne qs beati eucharii confessoris tui atq; pontificis oratio sca conciliet. ut cuius depositionis die sollempnitatis exhibetur. meritis efficiatur acceptum. P. dnm. Compl:

Qs omps ds. ut qui celestia alimenta pcepimus. intercedente beato euchario confessore tuo atq;

Hic liber commodatus an. 1675 R. P. Chifflatio in Collegio Claromontano Parisijs paranti novam editionem D. Gregorii Turonensis redditur [illegible] Musaeo Sanctorum in Domo Professa Soc. Jesu Antuerpiae.
Daniel Papebrochius.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 21v – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-lh2u/2939/33089)